HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 77r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36486
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



miraculo stuporis erumpant. Propterea & ego audiens fidem uram in dno
ihu & in omis scos. n cesso gras agens p uobis. memoriam uri faciens in ora
tionibus meis. ut ds dni nri ihu xpi pater glie det uob spm sapientie &
reuelationis in agnitione eius. inluminatos oculos cordis uri. Licet
uerbi ad uerbum expressa translatio possit aplm diligenti excusare
lectori. qd uideatur omis sententie scatere contextus. & solecismus fieri.
tam & in greco uicium sonat. Vnde & nos grecis potius calumniatoribus
respondentes conabimur ita iuxta sensum temperare ordinem lectionis.
ut dicamus. Audiens fidem uram in dno ihu. & in omis scos eius. uidensque diffe
rentiam fidei ure in dno & in omis scos. n cesso gras agere. & memoriam
uri facere in orationibus meis. ut dni nri ihu xpi ds pater autem glie det
uobis spm sapientie & reuelationis. qd aut sequitur. inluminatos ocu
los cordis uri. ita p hyperbatum reddi potest. Propterea & ego audiens
fidem uram in dno ihu in agnitione eius inluminatos oculos cordis uri.
& in omis scos n cesso gras agens p uobis memoriam uri faciens in oratio
nibus meis. ut ds dni nri ihu xpi pater glie. det uob spm sapientie & reue
lationis in agnitione. ut sciatis que sit spes uocationis ure & cetera. Porro
ds pater dni nri ihu xpi. pater aut glorie. ita intellegendum. ut quomodo dns
nr ihs xps ipse est sermo sapientia ueritas pax iusticia. fortitudo. ipse
sit & iam gla secdm illud qd alibi dr: Apparebit gla dei. Et in omi pene
ueteri lege scriptum est. sup tabernaculum testimonii uisa est glam dei.
Et psalmista canit. Exurge gla mea exurge. Que gla illuminans
suo fulgore mundum templum sibi de uirginali utero fabricata est. cuius
templi pater glie efficitur ds. Et ubi xps gla est ibi tantum pater dicitur. ubi
ihs. ibi ds eius absque ad ditamento aliquo nominatur. Iste g ds adsumpti
hominis. pater uero glie sapientie ueritatis. dat credentibus in filium suum spm
sapientie & reuelationis. ut sapientes fiant & reuelata facie glam
dni contemplentur. Que sapientia & reuelatio cum eos sapientes fecerint.
& mysteria illis occulta aperuerint. statim sequitur. ut habeant inlu
minatos oculos cordis. Ex uerbis psentibus adpbatur. secdm exterioris mem
bra hominis. & iam interioris hominis membra dici. Ecce enim manifeste cor
dis oculos appellauit. qs absque sensu & mente intellegere n possumus.